V.to 3 N.º 25

Privilegio

Copia de Real privilegio concedido en favor de don Lope Ximenez de Vrrea por el Cathólico Rey don Fernando de Aragon del Titulo de Conde de Aranda

S.V. - leg. 133 - 2

~~N.º 1 B.~~

~~Alm. 1.º / cajon 1.º~~

~~Num. 1~~

GOBIERNO DE ARAGON

GOBIERNO DE ARAGÓN

CASA DUCAL DE HIJAR
CULTURA Y EDUCACION

In Christi Nomine Pateat Vniuersis q Nos ferdinandus Rex Castellæ
Aragonum legionis Siciliæ Toleti Valentiæ Galletiæ Maioricarum hispalis Sar
diniæ Cordubæ Corsicæ Murtiæ Giennis Algarbij Algeziræ Gibraltaris Comes
Barchinonæ Dominus Vizcayæ et Molinæ Dux Athenarum et Neopatriæ Comes
Rosillionis et Ceritaniæ Marchio oristani Comesq; Goceani Prouida pensantes medita
tione ad Principis Cedere gloriam Regieq; dignitatis decere potentum fastigia et Sublimita
tem Viros Vndiq; predictos preclaros ad Sua eligere Consilia et latera titulisq; magnificis
eos promouere extollere et decorare q q; tanto illos Regia tenetur Celsitudo precipuis hono
ribus insignire quanto potius digno redit eos atq; eficit ingens eorum affluentia meritorum.
Vnde in optima adductis consideratione premissis nobilitateq; rerum fortune congruitate
parcimonia Strenuitate et compluribus alijs Varijs Virtutum ornamentis et meritis
quibus personam Vri Nobilis et dilecti nri luppi Ximenez de Vrea ille aquo omnium
Carismatum manant Dona Insigniuit Simul et precipue cognita ab experto in Vobis
et atenta illibata et Integra fidelitate atq; ingenti deuotione erga nos Statumq; nrum
non modo Conseruationem Sed etiam amplitudinem dignum profecto Duximus Vt Vos
eumdem nobilem luppum Ximenes de Vrea Juxta decentiam et Status Vri magnitu
dinem preferamus Vt Conuenit tituloq; Celsiori promouere extollere Insignire et
decorare nec Immerito debeamus Sicq; ad decorem et exaltationem et Regij diademata
propter, Vri ipsius nobilis luppi ac Vre egregiæ Domus de Vrea originem meritis nre
aciem dirigentes tenore pntis Carte nre ac Priuilegij Cunctis temporibus firmiter dura
turi et Valituri in Suoq; pleno robore et firmitate Semper permansuri ex gratia Specia
li et nre Regie Potestatis plenitudine motu nro propio expresse et de Certa Scientia ac
deliberate Vos dictum nobilem luppum Ximenes de Vrea in Comitem et ad dignitatem
honorem et Nomen Comitis de Aranda que est Villa in hoc nro Aragonum Regno si
ta a Vobisq; posesa et ad Vos propietatemq; et hereditatem Vri et Vrorum pleno Jure

GOBIERNO DE ARAGON

pertinens et Spectans libenter promouemus extollimus et decoramus Vosq; et in ea
dem Villa di Aranda Successores Vros ad eiusmodi dignitatem nomen et titulum Comitis
promotos et decoratos perpetuo esse Volumus decernimus Statuimus et Jubemus ipsamq;
Villam de Aranda in Comitatum exigimus atq; eam Vobis et Vris predictis in illa Suc
cessoribus pro Comitatu assignamus: ita Videlicet q amodo Vos prefatus nobilis Luppus
Ximenes de Vrrea dum Vixeritis dicamini Vbiq; nominemini et Intituleminj Comes
de Aranda et post Vri obitum heredes Sive Successores Vri predicti Similiter Continue
ter dici dicanturq; nominentur et Intitulentur perpetuo Comites de Aranda Vnde tam
Vos ad presens qz ipsi imposterum Vtamini et gaudeatis eis omnibus et Singulis honori
bus titulis perogatiuis antelationibus preheminentijs Superioritatibus Priuilegijs facul
tatibus et alijs quibus alij Simili dignitate gradu et titulo Comitis insigniti in dicto
Aragonum Regno et etiam alibi ditionis nre Vti et gaudere Soliti Sunt poruntq;
et debent Vos Vero et Vri predicti in dicto Comitatu Vel ratione eiusdem aut alias moneta
Cudere non possitis teneamini q; Vos et Vri memorati perpetuo Venire ad Curias gnales
et Seu Parlamenta per nos et nros Successores Aragonensibus Celebrandas et Vel
Celebranda Et Vlterius non Intendimus q ex promotione huiusmodi qua Vos et Vros
eosdem Successores Vriq; et Seu illorum nomen in hoc Vt prefertur atollimus nihil honori
Vel Juris nro ac Regio diadegmati Subtrahatur nihilq; nre Superioritati et Regalie
pereat Vel decrescat sed in his et in alijs Suprascriptis Salue Sint nre Regalie Semperq;
persistant atq; remaneant illese et illibate Quo Circa Serenissimo Joanni Principi
Asturiarum et Gerundae Primogenito nro Charissimo post felices dies nros Lon
geuos Deo Propitio in omnibus Regnis et terrinis Immediato heredi ac Successori
Intentum et Voluntatem detegentes nram Sub Paterne Benedictionis obtentu dici
mus Nec non Quosuis Archiepiscopos Episcopos Abbates Priores et alios Prelatos

ecclesiasticos requirimus et ortamus locumtenentibusq; gnalibus Cancellario Vicecancella
rio et Regenti Cancelleriam nram Vice Regibus Insuper gerentibus Vices gnalis guber
natoris Vel sd offitium Regenti ac Justitie Aragonum Ducibus Marchionibus et alijs
Comitibus Varonibus militibus et generosijs atq; Magistris Rationalibus Thesaura
rio gnali Baiulijs gnalibus et Procuratoribus Regijs Justitijs Preterea Calmedinis
Vicarijs Baiulis Merinis et Supra Juntarijs Nec non Scribe Portionis Domus
nre Protonotario Secretario et Scribis nris Demum Vniuersis et Singulis offitialibus et
subditis nris et alijs tam in eodem Regno Aragonum qz alibi Vbiuis et ditionis nre
Constitutis et Constituendis dictorumq; offitialium locumtenentibus seu offitia ipsa
Regentibus presentibus pariter et futuris ad quos et pro et ad Vnumquemq; eorum
Spectet districte precipiendo mandamus Scienter et expresse Sub ire et indignationis
nre Incursu Penaq; florenorum auri quinque mille a bonis secus agentis Irremi
sibiliter exigendorum et nris Inferendorum Erarijs quatenus nram huiusmodi
Comitis Promotionem Comitatusq; predicti erectionem ac Cartam et Priuilegium om
niaq; et Singula precontenta Juxta Sui Seriem et tenorem pleniores Vobis dicto nobili
Luppo Ximenes de Vrrea et Vris prefatis Successoribus tenentes firmiter et obseruantes
exequentes et Complentes teneriq; obseruari exequi et Compleri facientes Inuiolabili
ter per quos deceat exinde Vos eumdem nobilem Luppum Ximenes de Vrrea toto tem
pore Vite Vre pro Comite et ex post dictos Vros heredes et Successores pro Comitibus de
Aranda perpetuo habeant teneant reputent nominent Intitulent reuereantur et
honorificent et tractent Sicuti nos Vos et eos habemus tenemus reputamus no
minamus Intitulamus dicimus et nuntiamus Vt premittitur atq; Vti et gaudere

Sinant et faciant honoribus prelationibus prerrogatiuis et alijs Cunctis supradictis nec
Secus agant agiue paciantur quauis ratione Vel etiam Causa cum sic domenti nra procedat
In Cuius rei testimonium presentem fieri Jussimus nro Comuni sigillo Impendenti munitj
Datu et actum est hoc In Ciuitate Cesarauguste die decimo nono Januarij anno anatiuitate
dni Millesimo quadringentesimo octauo Regnorumq nrorum Videlicet Sicilie xxj.º
Castelle et legionis xv.º Aragonum Vero et aliorum decimo Signum ✠ ferdinandi dei Gra
tia Regis Castelle Aragonum legionis Sicilie Toleti Valentie Gallecie Maioricarum hi
spali Sardinie Cordube Corsice Murtie Giennis Algarbij Algezire Gibraltaris Comitis
Barchinone Domini Viscaye et Molinie Ducis Athenarum et Neopatrie Comitis
Rosillionis et Ceritanie Marchionis Oristani et Comitis Gociani yo el Rey Testes sunt Re
uerendissimus P. de Mendoca Cardinalis hispanie et Archiepiscopus Toletanus
Ill. Infans Enrriques de Aragonia et Sicilie Dux Sugurbij et Comes emporiarum
egregius Jo. Comes Cardone et de Prats Comestabulus Aragonum Mag.ci Jo. ferdi
nandi de heredia Regens offitium gubernationis et Jo. de lanuça Justitia Aragonum
Consiliarij predicti dni Regis Sig✠num mei Philippi Clementis Serenissimi dni Regis pre
dicti Protonotarij eiusq auctoritate per Vniuersam ipsius terram et Dominationem publici
notarij qui predicta de eiusdem dni Regis mandato scribi feci et claui Constat autem de rasis et
correctis in lineis xvj. Vbi legitur prelatos ac ecclesiasticos requirimus et ortamur locumtenenti
busq gnalibus. xx. abonis secus agentis Irremisibiliter exigendorum et nris Inferendorum era
rijs. xxiij. et actum est hoc Vt. Gnalis thesaurarius Vt. Jo. de aririo pro Conseruatore Ara
gonum Dnus Rex mandauit mihi Philippo Clementi et Viderunt eam gnalis thesaurarius et
Jo. de aririo pro Conseruatore Aragonum in diuersorum Aragonie iiij. ✠

Sig✠num mei Antonij gascon habitatoris Ciuitatis
Cesaraugusta authoritateq Regia per Vniuersam Terram et dominationem Mag.ci
dni nri Regis publici notarij qui huiusmodi Copiam a suo originali Regio pri
uilegio manu aliena scriptam extraxi et Cum dicto originali priuilegio bene et
fideliter Comprouaui in quorum fidem et Testimonium meo solito signo sig
naui Constat de supraposito in dicta Copia Vbi legitur el Rey. ✠

Joannes Clemens Romeu Jurium doctor Regens offitium Justitie Ara
gonum obitu q.º Don Joannis ram militis magestatis domini nostri Regis
Consiliarij ac Justitie Aragonum Vniuersis et singulis Judicibus offitialibus
et personis tam Regijs quam secularibus regiam et secularem Jurisdictionem
Vbilibet exercentibus ad quos presentes peruenerint seu presentate fuerint
et Vestrum cuilibet salutem et dilectionem Thenore presentium testamur
ac fidem indubiam facimus quod prefatus Antonius gascon notarius qui retro
scriptam copiam Regij priuilegij extraxit et subsignauit tempore quo illam
extraxit et ante per plures dies et menses vsq nunc et de presenti
continue fuit erat et est notarius Regius autoritateq munitus prout ipse
in sua signatura se intitulat probus fidelis et legalis, Itaq Instrumen
tis et scripturis per eum testificatis et in publicam formam extractis et

Subsignatis prout est retroscripta copia solita fuit et est adhiberi et adhi
betur plena et indubitata fides tam in judicio quam extra in quorum
fidem et testimonium presentes per notarium curie nostre sigilloque eiusdem
munitas fieri et expediri jussimus et fecimus Datis Cesarauguste die duo
decimo mensis Maij anno anatiuitate domini millessimo quingentessimo
nonagessimo nono

Man^{to} dicti domini Regentis
Joanne de mendive not.
Joannes de Sagarate not.

o

o:

em